sibi non recipiendo, nullasque Motiones Appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praemisis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, Suspensionibus fatalibus Iuris dictione Terrestri bello, Conventioneque ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Sabbatho ante Festum Sanctorum Trium Regum proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo.

Mtodecki alterum Quietat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus Premisliensis Generosus Dominicus Mtodecki, sanus mente et corpore existens, a Terris Districtibus, Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subiiciendo, palam, libere publice ac expressum recognovit. Quia ipse Generosum Christophorum Mtodecki sui Regnantis fratrem germanum eiusque posteros de summa Ducentorum florenorum polonicalium sibi legitime per eundem fratrem suum, scripto certo Manuali seu Membrana certa nuda, Actis Castrensibus Leopoliensibus roborata, ad solvendum assecurata necnon de eadem Membrana nuda, eiusque Inscriptione roboratoria Castrensi Leopoliensi Quietat emittit dimittitque liberumque et absolutum perpetuo pronunciat. Membranam eandem nudam eiusque Inscriptionem roboratoriam Castrensem Leopoliensem in toto et per omnia Cassat mortificat et annihilat praesentis Recognitionis

sibi

sibi Summa eiusdem Ducentorum Florenorum Polonorum realem et sufficientem contentam esse satisfactionem.

Woytkowski Conti Reformat.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal(ibus) Premisliensibus Nobilis Joannes Woytkowski Sanus mente et Corpore cens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, secum successoribus ac bonis suis quibus omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subjiciendo palam, libere publice ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobili Dorotheae Iwanowska sui Recognoscentis Consorti Legitimae eiusque posteris Summam Quadringentorum Florenorum polonicalium ratione veri Dotis et Expeditionis post ipsa accepta, et in domum suam importata, necnon aliam similem Summam Quadringentorum florenorum polonicalium ratione Certi veri iusti et liquidi Dotalitii in et super tota et integra mediante bonorum suorum generaliter omnium hereditariorum obligatorum mobilium et immobilium summariumque quarumvis pecuniarum necnon Auri, argenti, clenodiorum Unionum, Margaretharum, Vestium Vestimentorum stanni aeris, Cupri Orichalci, pecorum pecudum equorum equitiorum ac totius suppellectilis domesticae nunc habitorum et in post habendorum dedit dotauit, dotalitiauit, inscripsit et Reformauit, prout dat dotat, dotalitiat inscribit et Reformat, praesentibus. Per ipsius Nobilem Dorotheam Iwanowska sui Regnantis Consorte Legitimam, et ipsius posteros eandem medietatem bonorum supradictorum suorum generaliter omnium cum Vniuersis ipsorum Vtilitatibus et Vsufructibus Competentiaque et Prorogatiua quauis tenendi habendi et possidendi illisque quiete et pacifice perfruendi ac ad Vsus suos, et suorum successorum quoslibet beneplacitos libere et

Afectu